

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV

Weidenfeld, Johann S.

Londini, 1684

115. Acetum mercurialie Trismosini

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-96282)

descere incipiat, conserva in hoc calore donec nihil amplius destillet; sine refrigescat per se, deme recipientem, & optimè cum cera obtura, materiam (*caput mortuum*) tunde in mortario ferreo, cum pistillo chalybeo, & deinde tere super marmor cum aceto destillato (*Aceto cum spiritu vini phil. mixto*) pone in urceo lapideo ut duæ partes plenæ sint, destilla per balneum, assunde novum acetum, destilla ut prius, itera donec acetum destillet eadem fortitudine qua affusum fuit. Refrigescant, materiam in vitro forti super cineres in capella destilla ut prius, primo igne lento, deinde fortiori ut prius fecisti, exhibit oleum rubrum ut prius, &c. materiam tunde, & procede denuò donec in destillatione in balneo, materia non amplius secum retineat spiritum aceti; tum accipe materiam, in cucurbita vitrea destilla ex cineribus quod destillare vult, donec materiam in oleum rubrum destillaveris quæ est aqua Paradisi nobilissima ut illa lapides omnes fixi perfundantur & lapis perficiatur. Hanc Aquam Paradisi vocarunt antiqui Acetum suum acre, clarum, &c.

Metalla aliquandò non rediguntur in Vitriola graduata; sed repetitâ cobobatione fiunt. hujus generis menstrua. Ita fit.

115. Acetum mercuriale Trismosini,

Libro Moratosan sive octo Tincturarum in secunda

Tinct. Pag. 79. Aur. Vell. Germ.

Rx. **A**rgentum vivum purgatum more communi, & pone in alembico, cui assunde Acetum vini valdè acre (*Acetum cum spiritu vini phil. mixtum superius sub No. 72. descriptum*) ad unciam mercurii, uncias tres aceti, sexies abstrahe in balneo, tandem fortiter urge ut ascendat in recipientem, destillatum rectificat & erit paratum.

Aliquandò loco Aceti phil. usus fuit aqua forti fortissima sub No. 73. descripta.

116. Aqua